



**Thesavrvs|| Locorvm|| Commvnivm|| Jvrisprvdentiaē**

**Barbosa, Agostinho**

**Lipsiæ, 1697**

Cap. VII. Venia, Venia Ætatis.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-80071](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-80071)



CAP. VII.  
Venia, Venia Etatis.

## Axioma I.

Veniae facilitas peccandi tribuit incentivum. *Extravag. Com. et si 3. in pr. extravag. Com. et si 5. in pr. de penit. & remiss. c. est injusta. in fin. c. si ea & seq. 21. quest. 4. loci 36. q. 9. c. 1. dist. 86.*

## II.

Venia peccati datur tantum correcto c. peccatis. de R. I. in 6. unde etiam Deus veniam non dat in errore durantibus, sed se corrigentibus, c. legatur. 24. quest. 2.

## III.

Veniam meretur casus c. qui partem. 6. dist. 55. ac proinde ebrii ignoranter quid committentes veniam habent, puniuntur tamen quod leves fuerint ad se inebriandum, c. sanè c. inebriaverunt. 15. q. 1.

## IV.

Quoties iudex gnarus vinculi reverentiae citationem decernit, toties hodie simul veniam concessisse praesumitur, quia sic satis deliberasse videtur, utrum salva reverentia pars altera in jus vocari possit, annon. Non igitur opus erit, vinculum in libello supplicii exprimere, si iudici jam aliunde de eo constiterit. *Zoëf. ad. ff. de in jus voc. n. 13. Quamvis interdum Practici ex civilitate adhuc veniae impetrationem petere solcant, Schneidew. ad §. 12. Inst. de act. n. 45.*

## V.

Quaecunque minor facere nequit accedente consensu curatoris, illa nec facere potest qui veniam aetatis impetravit. Quia per veniam impetratam remissa saltem est necessitas habendi curatorem. Ita qui veniam impetravit, alienare vel obligare nequit res immobiles, nisi adhibito decreto, l. 3. C. de his qui ven. aet. alias verò liberè contrahere potest, l. 1. C. eod.

CAP. VIII.  
Verbera. Verberare.

## Axioma I.

Verberibus non est exigenda fides, c. 1. dist. 45. qui ergo verberibus tantum volunt timeri, miseri sunt praelati, d. c. 1.

## II.

Verberari aliquem mandanti imputatur mors secuta, c. ult. de homic. in 6. vid. sup. lit. M. cap. mandatum. sicuti & verberare volens aequè injuriarum utili actione tenetur, ac verberans, cap. si quis 13. de penitent. dist. 1. cum si aliquis verberetur, non solum violentia, sed etiam temeritas & injuria attendatur, cap. contingit. 36. extr. de sent. excomm.

CAP. IX.  
Verba vid. Sermo.

## Axioma I.

Verba quo sensu accipienda sint, ex adjuncto intelligi solet. Socin. jun. conf. 163. num. 28. & 29. vol. 2. & in l. fin. ff. de reb. dub. Roman. conf.

31. Cachera. decis. 50. num. 10. Bald. in l. si quando de legat. 1. ubi asserit, quod ob adjunctam suam naturam etiam verba mutantur: idem dicit Andr. de Ifern. in c. 1. §. donare qualiter olim fend. alien. pot. quem allegat Matth. de Afflict. decis. 307. n. 25. d. Regner. Sixtin. 3. conf. Marp. 7. n. 6. siquidem propter adjuncta verba declarantur & limitantur, l. questum 70. §. 1. l. praedictis. 91. de legat. 3. ubi gloss. in l. servum. §. fin. ff. de legat. 1. l. utrum. 23. de petit. hered. Paul. de Castro conf. 357. primo videndum est. n. 3. vol. 1. Unde & propter limitatam & coarctatam dispositionem verba in minori & infirmiori significato accipiuntur. Bart. in l. si mater. §. eadem. ff. de Except. rei judic. n. 4. Jason in l. si domus. §. fin. ff. de legat. 1. & in l. indebiti. §. sed et si nunc. de condit. indeb. Anton. Trigona. sing. 16. perspetum. 23. habes, n. 5. Pantfchman. 1. praet. quest. 21. n. 90.

## II.

Verba simpliciter prolata in pleniori & potiori sunt exaudienda l. hoc legatum 45. l. non aliter. 69. ff. de legat. 3. l. 1. §. 1. ff. si ager vestigal. pet. Bart. in l. quamvis. ff. de aur. legat. Dd. in l. qui liberis. §. hac verba. ff. de vulgar. substit. Zaf. in l. 3. §. ex contrario. n. 30. ff. de acquir. poss. idem conf. 12. num. 47. lib. 1. Elegans textus in cap. 7. de sponsalibus. ibi: recurrendum ad communem verborum intelligentiam, & cogitur uterque verba prolata in eo sensu retinere, quem solent recte intelligentibus gignere.

## III.

Verba contractus sunt Lex contractus, l. 1. §. si convenerit 6. ff. de posit. l. contractus. 13. ubi Dec. Cagnol. de reg. jur. illisque standum est ut textui, Oldrad. conf. 258. ideoque dicuntur dare formam contractui, ut ait Bald. in l. quoties n. 4. C. de suis & legitim. cui consequens, quod à verbis contractus recedere alicui licitum non sit. l. si quis stipularis sit Strichum. 112. l. si ita stipulatus. 126. §. si Chrysogonus 2. ff. de V. O. l. fidejussores Magistratum. 68. ff. de fidejussor. l. fin. C. commun. utriusque judic. quam regulam tritam esse ait Cephal. conf. 543. n. 4. lib. 4. sed praecise potius ex verbis ejus contractus judicari debent. Aretin. confil. 55. Dec. conf. 305. n. 1. Ripa. in tract. de peste. p. 2. vers. sextus casus. numer. 1. nec quaerenda alia declaratio, sed sumenda ea contractus species, quam verba demonstrant, prout ait Socin. sen. conf. 9. num. 7. vol. 1. Unde & in dubio contrahentes voluisse censentur, quod verba important l. Nepos Proculo. 25. de V. S. Jason in l. eam quam col. 7. vers. & pondera diligenter C. de fideicomm. & in l. si quis filium. col. 1. in fin. C. de liber. prateritis. cum voluntas contrahentium à verbis aliena non praesumatur l. Labeo 7. §. Tubero. 1. ff. de supell. legat. Dec. conf. 2. num. 63. siquidem ex verbis voluntas & mens hominum sumi dicitur Bald. in l. sed & reprobari ff. de Excusat. tutor. Alex. confil. 1. n. 29. vol. 5. Oldrad. confil. 53. col. 2. Bursat. conf. 258. n. 1. lib. 3. eademque mentis conceptum significant Cornel. conf. 272. n. 5. vol. 4. Alciat. resp. 104. n. 14. Curt. Jun. conf. 63. num. 6. & conf. 569. in pr. Cravett. conf. 161. n. 12. nullumque majus dispositionis